Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8381
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ut ab excusatione atque occultatione
peccati ad accusationem suam ore proprio
exire provocet. Unde et propheta ad
ab illa tanti morte facinoris re-
nuentes adducere dominum qui foras
exiit dum per nathan correptus quod
fecerat accusavit. In expositio-
ne Iob libro xxi

pectore et ventre repens

Dum de iniquitatis callidi
persuasoris operationibus
tractatur adiunctum est
pectore et ventre repens. Malum
luxurie aut cogitatione perpetratur
aut opere. Callidus namque adversarius
cum ab effectu operis expellitur
secreta polluere cogitationis mo-
litur. Unde et serpenti a domino dicitur
Pectore et ventre repes. Serpens
quippe ventre repit cum hostis lu-
bricus per humana membra sibimet
subdita usque ad explectionem operis
exercet. Serpens autem repit pec-
tore quando eos quos in opere
luxurie non valet polluit cogi-
tatione. Alius itaque luxuriam non per-
petrat actione hinc serpens repit
ex ventre. Alius autem perpetranda
versat in mente hinc serpens repit
ex pectore. Sed quia per cogitationes ad
opera explenda pervenit recte
serpens prius pectore et postmo-
dum repere ventre describitur.
In expositione Iob libro i

Inimicitias ponam inter te et mulierem

Dum de precedentibus inimi-
ci suggestionibus tractatur
adiunctum est: Inimicitias
ponam inter te et mulierem et semen
tuum et semen illius. Ipsa conteret
caput tuum et tu insidiaberis cal-
caneo. Caput serpentis conterere est
initia suggestionis eius viam
sollicite considerationis a cordis
aditu funditus extirpare. Qui
tamen cum ab initio deprehenditur per-
cutere calcaneum molitur quia etsi sugge-
stionis prima intentionem non percutit
decipere in fine tendit. Si autem semel
cor intentione corrumpitur sequentis
actionis medietas et terminus ab ho-
ste callido possidetur quem totam sibi
arborem fructus ferre conspicit quam ve-
neni dente in radice viciavit.
In expositione Iob libro iiii

Dum de maledicti dis-
tinctionibus tractatur ad-
iunctum est: Maledicta
terra in opere tuo. Cum maledictionis
iaculum divina vox primum astruat
ulcionem plectendum ita ut regnum
quoque celestis aditu claudat. Quid
est quod nunc peccatum peccati homini
inferre maledictionem divina vox
quod hoc facere prohibet infert. Sed
sciendum est quod scriptura sacra duobus
modis maledictum memorat. Aliud
videlicet quod approbat aliud quod damnat.
Aliter enim maledictum profertur iudicio
iusticie aliter livore vindicte. Ma-
ledictum quippe iudicio iusticie
ipso primo homine peccante prolatum
est cum audivit: Maledicta terra in
opere tuo. Maledictum iusticie iudi-
cio profertur cum ad abraham dicitur: Ma-
ledicam maledicentibus tibi. Et rursum

Maledicta terra in opere tuo

8